

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius, D. Theol. Prof. P. ... Ad Exequias Quae Piae Virginis Evae Schröders/ a Moestissimis Parentibus, Hodie hora. I. parabuntur, Omnes Academicos Cives, invitat : Rostochii: Ann. M.DC.LXII. Decembr. d. X.**

Rostochii: Kilius, 1662

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777420465>

Druck Freier  Zugang



Qvistorp, J.,  
in  
E. Schröder.

Rost. 1662.















RECTOR

87.

Universitatis Rostochiensis

JOHANNES QVISTORPIUS,

D. ΘEOΛ. Prof, P. & Pastor J.

AD EXEQUIAS,

Quæ  
PIÆ VIRGINIS

EVAE Schröders/

Moestissimis Parentibus,

Hodiè horâ. I. parabuntur,

Omnes Academicos Cives,

invitat.

Rostochii: Ann. M. DC. LXII. Decembr. d. X.



ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.



Solamen,  
Miseris Parentibus, esto,  
Die Trost-Schriſſe. D. M. Lutheri, an  
fromme Eltern / den ihr Kind ge-  
storben war.

Jenens. I, VIII. fol. 204.





RECTOR  
Academiæ Rostochienfis  
D. JOHAN. QUISTORPIUS.



Illud, quod suspiriis suis, varias inter ærūnas, Vir Dei, pl. Reverendus, M. JOACHIMUS SCHRÖDERUS, Pastor ovium Christi oculatissimus, Commilito conjunctissimus, ejusq; Conjux, virtutum muliebrium splendore conspicua Fœmina, DOROTHEA Bachmeisters, à Deo gratiosissimo precati sunt; ut liberos sanos & incolumes esse pateretur, eo ipsos frustratos esse hodi-



hodierna dies docet. Nam EVAM  
Schroders, virginē XVII, Annorū, â te-  
neris sacro cultui addictissimam,  
scrutatricem Verbi Dei, filiam obe-  
dientem, extinctâ, gemunt. At quid  
facietis Parentes mœstissimi? vitæ ne-  
cisquè arbitrum Jehovam incusabi-  
tis? non vestra id patitur pietas,  
qui scitis justè eum id quod, dedit,  
repetere. Gemmario, si ad  
usum alicui monile pretiosissimum,  
concedit, nemo irascitur, aut in ju-  
dicio cum eodem contendit, dum  
suum repetit; & Deo litem moveret  
homo, repetenti quod utendum,  
dedit? Filix ne vestræ denatæ con-  
ditionem lugebitis? Non poteritis,  
satis scio. Si eam fletus risu, miseras  
gaudiis, bella pace, tenebras luce,  
morbos sanitate, mortem vitâ, æter-  
na caducis permutasse seriò cogita-  
veritis.



veritis. Subducta est ærumnis filia  
vestra, quæ omnem terram, in-  
star diluvii, inundarunt; in eam re-  
posita est quietem, quam nulla tur-  
bant tympana: Illam consecuta,  
est pacem, quam enses & bombardæ  
non fædant: in eum delata est por-  
tum, in quo à naufragio immunis,  
nullos metuit Aquilones. An ve-  
stram lugebitis vicem, quibus filia  
adempta est, quæ maturè ostende-  
bat, quam de se spem concipere de-  
beatis? initia Christianæ religionis  
feliciter imbiberat; Sacras literas  
jugi diligentiam versabat: promptam  
obedientiam parentum iussa exseque-  
batur, omniaq; spondebat optima.  
Cogitate, redditam laudatissimis esse  
Avis & ProAvis ex utraq; linea.  
Redditam esse majoribus aliis, qui  
ipsam ad gaudia cœlestia præcesse-  
runt.



Præprimis B. Atavo D. SCHRÖDERO  
de quo restauratore Religionis Or-  
thodoxæ apud Rostochiensis, hæc  
notatu digna refert D. L. Backmei-  
sterus, in ejusdem Programmate,  
Anno 1564. publicato: *Reverendus &  
optimus senex, Pastor ad Divum Petrum, D. Jo-  
achimus Schroderus, vir singulari pietate, doctri-  
na, vita integritate, constantia, & veræ religionis  
Zelo præditus, qui annis 42. fidelis ministri officio  
in hac civitate functus, ac præclare de Ecclesia Dei  
meritus est, ex hac ærumnarum valle decessit.  
Asscivit eum in collegam ex schola, ubi juvenutem  
erudiebat, vocatum ad ministerium, Joachimus  
Sluternus, is qui primus taxatis erroribus Papisticis,  
puram & sinceram Evangelii doctrinam in hac ci-  
vitate, publice sparsit. Cum hoc aliquandiu ut fide-  
lis ~~neglexit~~ Ecclesiam succrescentem docendo, & ad-  
ministrando, juxta institutionem Christi Sacra-  
menta, gubernavit & auxit, hostes profligavit,  
ac veram Dei agnitionem feliciter propagavit.*

— Qui — *Anno.*



Huic & aliis juncta, suis labellis  
Servatori occantat Hosianna, & Vos,  
quando Deo visum fuerit, secutu-  
ros, expectat, ubi vos illi, & illa  
vobis reddetur, æternumquè con-  
vivetis.

An id doletis quòd tam citò vo-  
bis erepta est, quòd non ad multos  
annos supervixit? non poteritis in-  
dignari, brevi eam tempore ad me-  
tam pervenisse. Si ea nautæ con-  
tingit felicitas, ut citò portum in-  
grediatur, felicem se præ eo prædi-  
cat, cujus navim diu procellæ jacti-  
tant. In portu navigat filia vestra,  
breviquè eum tempore ingressa est,  
dū nos decumani fluctus in inque-  
tissimo hujus mundi salo, variè ex-  
ercent, & scopulis periculosè alli-  
dunt. Quid ergò durum, quid im-  
maturum in filia hujus vestræ dis-  
cessu



cessu causabimini? Modum querelis,  
modum luctui statuite: nec lacry-  
mis vestris & querimoniis illam fi-  
liæ invidete felicitatem, quam  
summo disponente Numine conse-  
cuta est. Vos Academiae Cives ad  
horam primam hodiernam in tem-  
plo Mariano frequentes conveni-  
te, & corporis exuvias terræ man-  
dandas, comitamini. Requirit id of-  
ficium à vobis, humanitas, ut ma-  
storum quâ potestis ratione, mœro-  
rem leniatis. Poscit à vobis id comu-  
nis moriendi necessitas, jubetq; , ut  
huic præcedenti id præstetis, quod  
vobis suo tempore secuturis ab aliis  
præstari vultis. Flagitant id devoti  
Parentis, majorumque emortuæ  
merita. Quare agite, adeste simulque  
vestram mortalitatem meditamini.

P.P. Rostochii 10. Decembr. Anno 1662.

•(•)•



















Huic & aliis junctis  
Servatori occantat  
quando Deo visum  
ros, exspectat, ubi  
vobis reddetur, æter  
vivetis.

An id doletis quod  
bis erepta est, quod  
annos supervixit? no  
dignari, brevi eam te  
tam pervenisse. Si  
tingit felicitas, ut ei  
grediatur, felicem se  
cat, cujus navim diu  
tant. In portu navig  
breviquè eum tempo  
dū nos decumani flu  
tissimo hujus mundi  
ercent, & scopulis p  
dunt. Quid ergò d  
maturum in filia hu

labellis  
& Vos,  
secutu  
& illa  
è con  
itò vo  
multos  
ritis in  
ad me  
æ con  
um in  
prædi  
e jacti  
vestra,  
ella est,  
nquie  
riè ex  
sè alli  
quid im  
ræ dif  
cessu

